

Codice Diplomatico Longobardo I, 21

Exemplar. Dum ex iussione domni praecellentissimi Liutprand regis coniunxisse ego Ultianus notarius et missus domni regis ad basilica Sancti Petri, locus ubi dicitur Neure, ad intentionem quam uertebatur inter uirum beatissimum Talisperiano episcopo nec non et Iohanne idem episcopo Pistoriense deliurandum, et iam iniui coniunxissemus ego qui supra Ultianus una cum Spetiuso episcopo et Walpert duci, Alahis gastaldo, uel aliis singuli circumstantibus. unde nos inquirentes per Uitalicano presbitero a cuius ipsas diocesis a tempore Romanorum et Langobardorum fuissent, qui nobis professus est, quod ipsas aedocias semper ad parte Lucense fuissent, et qualiter Dei per euangelia firmauit. postea uero dicebat suprascriptus Iohannes episcopus et Ansullo presbiter ipsius Iohanni: quod aeglesias Sancti Andree, ubi est baptisterium, una cum eglesia Sancti Hierusalem nostra deueat esse. Ad hec respondebat iam dictus Uitalicanus presbiter: non est ueretas, nisi dum menime potera concurrere ad tantas eglesiam baptismum facere, sic ipsas aeglesias Sancti Andree cum baptisterio suo et Sancti Hierusalem tibi prestaremus, ut iniui missa et baptismum facere deueris, dum usque nobis placitum fuerit; nec per lege ipsas aeglesias uobis dimittere deueo. Unde nos suprascripti iudices degreuiimus, ut presbiter Uitalicanus dicere iuratus, quod ipsas aeglesias Sancti Andree cum baptisterio suo et Sancti Hierusalem a tempore Romanorum uel usque et modo semper sub iura aeglesiae Sancti Petri fuerunt, nec per lege eas uobis dimittere deueo. Quidem et ipse sagramentus in nostris presentiam deductus est, ut in eadem deliuerationem deueant permanere. Unde hanc notitia iudegati Ebregausus notarius regie potestati scribere commonuemus. Facta notitia iudegati mense februario, regnante domno Liutprand rege, anno quarto, inductione .XIII.; feliciter.